

# FATA

INOPINA, SED BEATA

VIRI

*Nobilissimi Doctissimi Clarissimiq;*

DOMINI

# DANIELIS SCHLOSSII

*Medicine ac Philosophiae Doctoris  
Excellentissimi,*

Casu quodam infelici inter summos eosque acutissimos  
corporis dolores rebus mortalium Anno mense &  
die infra notato pie crepti, ad Superosq; translati

IPSIS SOLENNIBUS EXEQVIIS

*Synagoga* subsequente  
ex debita observantia

*comitari voluit*

Henr: Reichel,

*Ἐπεμνημονεύεσθαι:*

SChLossIVs atatIs sVbIt Ipso fLore nItente  
AVgVstI prIma trIstIa fata Die.



THORVNII

Impressit Ioh. Nicolai NOBIL, SENAT. & GYMN. Typographus.



+++

Deste, Mula, progenies Jovis:  
Lugete, Mula, tristibus & modis  
Amœna per Pindi vireta  
Ad socios properate lessus.

Dum multa vestri Gloria Nominis,  
Sat laude dignus SCHLOSSIVS incluta

Thorunium totum per hocce  
Cognitus, heu! squalidas abivit,  
Fati sub umbras: qui viridaria  
Quàm vestra amarit, quàm Clavium melos,  
Quid multa dicam? pastus ille  
Nectare & Ambrosia suavi.

Hinc veste pulla carmina funeri  
Lamenta busto, cymbia marmoris  
Affundite, hinc cedroque Nomen  
Mox dare mox properate clarum.  
Vestros per hortos sed rogo, vestraque  
Ter-trina post Vos per rogo Numina,  
Sit integrum mi jam clienti  
Illius hoc posuisse laudi.

VIR arte rara, qua? medica potens  
Ann's adhuc quamvis juvenilibus,  
VIR DOCTOR excellente gradu

VIR Sophiæ studio celebris  
Hanc ponit artem, ponit & omnia  
Inter dolores, vah! nimium graves  
Læsi pedis, cui (vera dictu)  
Nulla manus potuit mederi.

Et morte clarus sic Medicus cãdit,  
Qui cæteroquin pellere noverat

Tot pharmacis dextre petitis  
Præproperam rabidamque mortem.

O quæ

O quæ Minervæ sic pereunt opes!

O patriæ quæ sic bona concidunt!

Suo pte quæ longe valore

Omnibus ante-eunt metallis.

Hoc Urbis hujus Magnifici PATRES,

Hoc CLERVS omnis novit, & optime

Norunt simul cives modesti,

Hoc quoque sexus uterque novit,

Hinc ejulatu quæritur omnibus,

Hinc lacrymis defletur ab omnibus,

Hinc & sono tristi (dolendum)

Prosequimur gemituque funus.

Frustra sed: hunc, quem Parca semel ferox

Nobis rapit vi, membraque frigida

Tellus tegit, voce, en, inani

Tu revocare studes ab ipsa.

Ast interim quid Soror amabilis

Sexus Corona hîc feminei sui,

Mœrore sed nunc pressa multo

Mortis ad hæc modo dira fata?

Quid Frater, una Matre satus pia,

Nexuque tali charior hoc ei,

*Affinis aut Summe colendi*

Quæ SENIORIS erit querela?

Tristantur omnes: jure sed optimo:

Tristantur omnes: sic jubet *Optimum*

*Summumq;* NUMEN, tristibus quod

Addere post quoque læta novit.

Et hoc, precor quod pectore scilicet

Ac mente tota, est, tristia qui modo

Hæc fata plangunt, queisque vulnus

Proh dolor! ita dedere acerbum.

Sat

Sat dignus autem qui fuerat polo  
Dudum, polo nunc, en, ovato optimo,  
Cœlestibus quin aggregatus  
Solis ibi ut jubar interastra  
Spargit micantes jam radios suos,  
Fulgens beatos inter & Hospites  
Nunc claritate mactus illa  
Magna prius pietatis actæ,  
Hem! dona captat: nescia sic mori  
Virtus eundem cœlitibus Diis  
Adjungit ac aternitate  
Donat apud Superos beata.

## EPITAPHIUM

SCHLOSSIVS hac placide cubat alta DO-  
CTOR in urna,  
Sed celebris Famæ Nomine vivit adhuc.

